Lehre vom höheren oder überwesentlichen Sein Gottes beiseite schiebt oder unmöglich macht. Hier sieht es so aus, als genüge die zweistufige Seinslehre Eckharts, um ihn ganz zu verstehen, als schließe sich so der Ring. Dann wäre der Meister ganz unkatholisch; denn das „höhere Sein“ hängt ja nicht bloß mit dem Neuplatonismus zusammen, sondern auch mit der Gnadenlehre, wenn man den ganzen Eckhart ins Auge faßt. Meine Kritiker jedenfalls schlagen mit ihrer Position ihre eigene Absicht, die gewiß nicht auf diesen — sozusagen — nackten Eckhart hinzielt, der allein von der Scheidung des formalen Seins und Soseins vom ideellen und göttlichen Sein leben würde. Aber es geht eben auch an sich nicht, den Meister so einheitlich zu deuten; denn, wie gesagt, er kennt sehr wohl die Gnade; aber er kennt auch den Zustand der Seligkeit in diesem Leben, in dem die Seele, von Gott ergriffen, selbst Gott zu sein glaubt. Und all die Betrachtungen über Gott als Denken, über den intellectus und den Seelenfunken bezeugen Tendenzen in Eckharts Denken und Religion, die über die Ontologie hinaus wollen, und die einer anderen Motivenreihe bei ihm entspringen. Ein Zeuge dieser andersgearteten Tendenzen bei Eckhart ist auch die Lehre vom „höheren Sein“. Wieder möchte man fragen, ob nicht die Eigenart des Meisters, nicht durch die Dialektik, wohl aber durch die Verschiedenartigkeit der geistigen Motive bei ihm charakterisiert wird, deren letzte Einheitlichkeit wir heute vielleicht zu ahnen, aber noch nicht sicher zu durchschauen vermögen.

Ich will als *A n h a n g* zu diesen Bemerkungen noch einige andere Stellen zur Frage des „Seins“ bei Eckhart zu Nutz und Frommen künftiger Kritiker oder Literaturberichterstatter anfügen, die ich der Stellensammlung aus den lateinischen Schriften der Deutschen Eckhartkommission entnehme. Ich nehme mir dabei die Freiheit, nach der von J. Koch geschaffenen Paragrapheneinteilung unserer Ausgabe zu zitieren; wer nachprüfen will, muß sich also, soweit die einzelnen Stücke noch nicht erschienen sind, vorläufig an die Handschriften selbst begeben. Die Stellen sind nicht vollständig und sind nur den lateinischen Schriften Eckharts entnommen; aber auch so mahnen sie die Kritiker, sich nicht von persönlichen Sympathien und Antipathien oder von dogmatischen und politischen Vorurteilen leiten zu lassen, sondern erst in Eckhart zu arbeiten und dann besser zu wissen oder sogar besser zu machen. Die angeführten Stellen sind auch geeignet, die im Text aufgestellten Behauptungen teils zu stützen, teils in die Fülle der Probleme einzuführen, die hier vorliegen. Ich verzichte auch hier aus den oben

Seeberg, Eckhartiana I. 97

angegebenen Gründen auf eine umfassende Darstellung und Analyse, hoffe aber doch, daß auch die Dilettanten oder Böswilligen aus diesem Material ersehen, daß das, was ich über Eckhart sage, auf einiger Vertrautheit mit dem Material beruht.

Sicut creatura habet esse suum, et suum esse sive sibi esse est accipere esse, sic deo esse est dare esse, quia universaliter ipsi agere sive operari est esse (Gen. I, § 146).

Igitur ipse est (sc. deus) necesse esse (Ex. § 21, cf. § 22).

Accipiatur verbum Avicennae VIII Metaphysicae capitulo ultimo, ubi dicit, quod prima proprietas de deo est, quia est, id est esse (Ex. § 36).

Per ipsum nomen „saday“ signatur, quod deus est ipsum esse et essentia ipsius est ipsum esse (Ex. § 158).

Sic sequitur conclusio, sc. quod esse est primum et proprium nomen dei inter omnia. Propter quod Avicenna frequenter valde specialiter in Metaphysica sua vocat et nominat deum „necesse esse“ (Ex. § 164).

Dominus volens ostendere puritatem essendi esse in se dixit: „ego sum, qui sum“. Non dixit simpliciter „ego sum“, sed addidit: „qui sum“. Deo ergo non competit esse, nisi talem puritatem voces esse (Q 1, § 9).

Cum deus sit principium vel scilicet ipsius esse vel entis, deus non est ens vel esse creaturae; nihil quod est in creatura. est in deo nisi sicut in causa, et non est ibi formaliter. Et ideo cum esse conveniat creaturis, non est in deo nisi sicut in causa, et ideo in deo non est esse. sed puritas essendi. (Q1, § 9.)

Deus autem se toto est esse et operatur in creaturis per ipsum esse et sub ratione esse. (Sap. § 23.)

Omne autem ens divisum a deo dividitur et distinguitur ab esse, quia deus est ipsum esse. (Sap. § 91.)

In deo non cadit numerus nec multitudo nec negatio, sed mera affirmatio et plenitudo esse (Sap. § 112.)

Deus est esse. (Sap. § 134, § 145, § 162, § 164, § 220, § 256.)

Casus deo non competit, cum sit primus, et iterum cum ipse sit esse ... nec casus in ipso est, quia ipse primus est et esse. (Sap. § 152.)

Deus, utpote primum in entibus et causa prima omnium, est esse purum, et propter hoc amat omne, quod est et quod esse habet. (Sap. § 255.)

Deus ipse est esse ipsum. (Sap. § 284.)

Nota, quod dei et divinorum omnium, in quantum divina sunt, est inesse et intimum esse. (Joh. § 34.)

Omne citra deum est ens hoc aut hoc, non autem ens aut esse absolute, sed hoc est solius primae causae, quae deus est. (Joh. § 52.)

Deus est esse plenum, de cuius plenitudine accipiunt, mutant, participant ... universa. (Joh. § 207.)

98 Untersuchungen

Deus esse est et ab ipso immediate omne esse. (Joh. § 238.)

Deus est simplex et merum esse. (Joh. § 242.)

Deus secundum id, quod est, est esse. (Joh. § 463.)

Deus ... est ipsum esse, prae habens omne esse, verum et bonum. (Joh. § 613.)

Dicamus resumendo quod principium huius capituli docet generalia totius entis, tam increati quam creati. Quantum enim ad ens increatum

docet primo in divinis esse emanationem personarum, et quod tres sunt personae, et ipsarum ordinem originis ad invicem ...

secundo docet personarum procedentium, specialiter filii, de cuius incarnatione hic intendit, proprietates, in quantum deus ...

tertio docet totius trinitatis generalem causalitatem ... Quantum ad ens creatum distinguit quattuor gradus entium in universo. (Joh. § 82f.)

... eo quod esse, lux, est prior et communis et omnibus distinctis, indistincta in se ... lux enim, quae est esse, adest omnibus immediate, antequam distinguantur. (Joh. § 151.)

Ratio omnis dulcoris est esse, ratio omnis miseriae est privatio sive carentia esse alicuius; fieri ergo, prout opponitur ipsi esse, amarum est. (Joh. § 324.)

Esse enim generaliter omnes volunt, omnes appetunt (Joh. § 409; vgl. Ex. § 158.)

Constat..., quod esse necessario est in omnibus et ubique; ubi enim et in quo non est esse, nihil est nec locus est. (Sap. § 142.)

Esse non novit praeteritum nec futurum, sed tantum praesens, praesto et actu ens. Non ergo in tempore sed extra tempus est. (Sap. § 162.)

Quo res est, sive esse rei ..., quod res est, sive essentia et quidditas. Haec enim duo differunt in omni creato et sunt rerum creatarum omnium principia et proprietates. In solo autem increato id ipsum est, quo est, et quod est, hoc ipso quod increatum est. Hoc est ergo quod hic dicitur: In principio creavit deus caelum et terram, id est creavit duo principia: 'quo est' scilicet et 'quod est' omnium entium, quae creata sunt, hoc ipso, quod creata sunt. Sunt enim haec duo, non unum in omni creato et in solo creato. (Gen. II, § 34.)

Est enim, quod ordinem retinet servatque naturam; quod vero ab hac deficit, esse, quod in sua natura situm est, derelinquit, ut ait Boethius. (Gen. I, § 121.)

Patet igitur, quod esse ipsum quietum est et quiescit in se ipso, non autem in altero, tum quia in ipso sunt omnia, tum quia extra ipsum esse utique nihil est. Igitur ipsum esse quiescit in se ipso solo. (Gen. I, § 145.)

Tantum bonum est esse, quod tam beati quam miseri volunt esse, ut ait Augustinus. (Gen. I, §

Seeberg, Eckhartiana 1. 99

„Erat“ est verbum substantivum praeteriti imperfecti. (Joh. § 33, vgl. 317.)

„Sum“... deo proprium est. (Joh. § 502.)

„In propria venit.“ ... Propria ista, in quae deus venit, sunt esse sive ens, unum, verum, bonum. Haec enim quattuor deus habet propria, utpote primum, quod est dives per se. Habet ista, quia dives; habet propria, quia per se. Praedicta enim quattuor omnibus citra primum hospites sunt et advenae, domestica deo. (Joh. § 97.)

Haec quattuor: esse, unum, verum, bonum proprie deo conveniunt; convertuntur et sunt communia participata ab omnibus. (Joh. § 512; vgl. § 360.)

Objectum intellectus proprie est ens nudum simpliciter et absolute, prius, simplicius et praestantius non solum bono sed et vero et uno. Verum enim non est objectum intellectus, sed potius consequens intellectum, cum sit adaequatio rei et intellectus. (Joh. § 677.)

Praeterea ens, unum, verum, bonum sunt prima in rebus et omnibus communia, propter quod assunt et insunt omnibus ante adventum cuiuslibet causae non primae et universalis omnium; et rursus insunt a sola causa prima et universali omnium. (Prol. in op. trip. § 11.)

Esse omne a deo est et in deo est, in quantum esse est. (Sap. § 190.)

Esse autem omnium et omne esse artis et naturae, in quantum esse, id est in ratione esse, a deo et a solo deo est. (Gen. I, § 143.)

Deus est principium omnis formalis perfectionis, utpote primus actus formalis, qui est esse. (Sap. § 80.)

Non negat rerum alias causas esse, sed hoc vult dicere, quod a nulla aliarum causarum effectus habet esse, nisi a solo deo. (Joh. § 52.)

Esse omne et omnium ab ipso solo deo est, et immediate. (Sap. § 268.)

Esse verbum est, quo deus dicit et alloquitur omnia. (Joh. § 226.)

Sic perfecte diligit omnia, quae sunt, ipsa et ipsorum esse, ut etiam oderis ipsorum nihil, id est ipsa non esse et ipsorum non esse. (Sap. § 221.)

Ens tenet infimum gradum in creaturis. (Joh. 5 65.)

Cum esse conveniat creaturis, non est in deo nisi sicut in causa. (Q 1, § 9.)

Esse ergo habet primo rationem creabilis. (Q 1, § 4.)

Esse ... est formae sive forma ipsa, non autem materia. (Gen. I. § 55.)

Esse per formam substantialem est et generationem. (Sap. § 29.)

Omne ens formale extra in rebus est ab ipso esse dei, per ipsum et in ipso. (Sap. § 242.)

Esse est finitum, determinatum ad genus et speciem. (Q 2, § 1.)

100 Untersuchungen

Habes ordinem processus sive originis a patre procedentium tam in increatis ... quam in creatis, ubi primo procedit ens cognitivum et ab ipso descendit extra in rebus naturalibus, utpote sub illo et posterius illo. Sic enim, ut dictum est, verum descendit immediate ab uno, bonum autem ab uno mediante vero. (Joh. § 518.)

Veritas enim in solo intellectu est, non extra. Igitur perfectiones in rebus extra non verae perfectiones sunt. (Ex. § 177.)

Adhuc autem primum, quod cadit in intellectu, secundum Avicennam et universaliter in apprehensione est ens. (Ex. § 169.)

Quae ergo ad intellectum pertinent, in quantum huiusmodi, sunt non entia. (Q 1, § 7.)

Ens ergo in anima, ut in anima, non habet rationem entis et ut sic vadit ad oppositum ipsius esse. (Q 1, § 7.)

Ens in anima dividitur contra ens, quod dividitur in decem praedicamenta et contra substantiam et accidens, ut patet VI Metaphysicae. Sed condivisum contra substantiam et accidens

non est ens; ergo ens in anima non est ens. (Q 2, § 4.)

Ipsum autem esse nullo indiget, quia nullo eget. Sed ipso indigent omnia, quia extra ipsum nihil. (Ex. § 21.)

Rerum creatarum ipsum esse est prima causa earum, id est finis. (Sap. § 26; vgl. § 31.)

Esse est, extra quod iniqua sunt omnia et ipsum appetunt omnia et quae non sunt, ut sint. Iterum ... in ipso quiescunt singula. (Joh. § 205.)

Esse cum ente non ponit in numerum, nec universaliter forma cum formato. (Ex. § 60.)

Entia solum analogice ad unum ens absolute, quod est substantia. (Ex. § 54.)

Ens in sua causa non est ens. (Q 1, § 10.)

Omne ens divisum a deo dividitur et distinguitur ab esse, quia deus est ipsum esse. (Sap. § 91.)

Quantum vero ad ens creatum distinguit quattuor gradus entium in universe. Sunt enim in entibus primo gradu, quae sunt tantum entia. Secundo gradu sunt viventia. Tertio gradu est intellectus humanus. Quarto gradu est intellectus angelicus, et si quis sit alius a materia et phantasmate liber, separatus. (Joh. § 85.)

Bonum hoc aut illud et ens hoc et illud totum suum esse habet ab esse et per esse et in esse. Igitur hoc aut illud circulariter non refundit aliquod esse ipsi esse, a quo causaliter recipit esse, sicut est videre exemplariter in omnibus, (Prol. in op. trip. § 23.)

Nihil tam prope enti, nihil tam intimum quam esse ... omne quod non est ipsum esse, foris stat ... Adhuc autem esse intimius est unicuique etiam quam ipsa essentia illius. (Joh. § 238.)

Seeberg, Eckhartiana I. 101

Quod in patre est, pater est, et in filio est, filius est. Omne enim quod est in aliquo, maxime in simplicibus, ipsum est, in quo est. (Joh. § 446.)

Notandum ergo, quod ... tota plenitudo entis dividitur in ens reale extra animam, quod pertinet ad factionem et creationem, item in ens in anima sive ab anima, quod pertinet ad doctrinam et cognitionem. (Joh. § 540.)

Ens omne natura unum est. (Sap. § 186.)

Minor autem, scilicet quod esse sit principium omnis actionis divinae, scilicet principium formale, patet, tum quia ipse se toto est esse, tum quia in ipso nihil est aliud quam esse aut praeter esse. Concluditur igitur quod volumus, scilicet quod deus potest omnia, quae sunt et quae esse possunt, simpliciter et absolute omnia. (Ex. § 28—29.)

Esse non est actio transiens, quia talis actio est ad extra et esse est ad intra. Esse etiam non est actio manens, cuius modi est intelligere aut sentire, quia talis actio est infinita ... sicut intelligere, vel secundum quid, ut sentire. Esse autem est finitum. (Q 3, § 1.)

Ipsum enim esse non accipit quod sit in aliquo, nec ab aliquo, nec per aliquid, nec advenit nec supervenit alicui, sed praevenit et prius est omnium. Propter quod esse omnium est immediate a causa prima et a causa universali omnium. Ab ipso igitur esse et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsum non ab aliquo⁸⁾. Quod enim aliud est ab esse, non est aut nihil est. Ipsum enim esse comparatur ad omnia sicut actus et perfectio et est ipsa actualitas omnium etiam formarum. (Prol. in op. trip. § 8.)

Hierzu treten noch einige andere Stellen, in denen das intelligere oder cognoscere im Zusammenhang des Problems, das uns hier beschäftigt, betont ist.

Esse et intelligere in deo sunt idem re et forsan re et ratione. (Q 1, § 1.)

Dico nihilominus, quod, si in deo est aliquid, quod velis vocare esse, sibi competit per intelligere. (Q 1, § 8.)

Quidquid est in deo, est super ipsum esse et est totum intelligere. (Q 1, § 8.)

Natura dei est intellectus et sibi esse est intelligere; igitur producit res in esse per intellectum.

8) Text nach CT; E liest: ipsum non in aliquo nec ab aliquo.

(Gen. I, § 11.)

Dens enim aeternus, spiritus proprie: regnum eius non corporale, temporale aut huiusmodi est, sed sublimius. (P. N. § 6.)

102 Untersuchungen

Principium omnium productorum naturalium est intellectus altior natura et omni creato. Et hic est deus, de quo proprie loquitur Anaxagoras ad litteram, quod est separatus, immixtus, nulli nihil habens commune, ut discernat omnia. ... deus sit intellectus purus, cuius esse totale est ipsum intelligere. (G I, § 168.)

In deo, principio omnium, est considerare duo, ut sic dicamus, puta quod ipse est esse verum, reale, primordiale. Adhuc autem est ipsum considerare sub ratione, qua intellectus est. Et huius rationis proprietates altior apparet ex hoc, quod omne ens reale in natura procedit ad certos fines et per media determinata tamquam rememoratum per causam altiorem, ut ait Themistius. Propter quod etiam opus naturae dicitur et est opus intelligentiae. (Gen. II, § 214.)

In deo, utpote primo, uno et simplicissimo, necessario ipse intellectus est ipsum esse sive ens reale et realiter. Ex quo patet, quod operationes intellectus sive intellectuales in deo sunt reales processus sive productiones et emanationes et producta sunt quid reale, puta filius et spiritus sanctus. Ipse enim intellectus in deo res est. (Gen. II, § 215.)

Intellectus, quanto est nobilior, tanto intellectum et intellectus magis sunt unum. Propter quod in primo intellectu, qui se toto intellectus est, non habens esse praeter intelligere, non solum verbum a patre exiens est in patre ... sed est unum cum patre. (Joh. § 669.)

Postremo ad evidentiam verborum praemissorum dicamus sic aliter quod potentia, secundum id quod potentia, totum suum esse et se toto accipit ab obiecto formali, ut saepe dictum est. Unde si cognitum est vita, cognoscere est vita: si aeternum est cognitum, cognoscere est aeternum. Cum ergo deus sit vita ... et aeternus, ipsum solum cognoscere erit vita aeterna, sicut hic dicitur; cognitum enim generaliter pater est, cognilio vero proles est sive filius. Qualis autem est pater, talis est filius ... (Joh. § 681.)

Quia ... potentia cognoscens accipit esse a cognito et ipsum esse cogniti, propter hoc veritas prohibet et consulit, nos non habere nec scire patrem nisi deum. (Joh. § 109); vgl. Gen. II, § 138.

Intellectus de sui ratione et proprietate accipit iuxta nomen intellectus rem in suis principiis ... nec aliter intellectui sufficit, quousque cognoscat rem in suis principiis. (Joh. § 568.)

Intellectu<s> nihil est eorum, quae intelligit, sed tabula nuda. (Joh. § 396.)

Homo ab intellectu et ratione homo est. Intellectus autem abstrahit ab hic et nunc, et secundum genus suum nulli nihil habet commune: impermixtus est, separatus est. (Joh. § 318.)

Seeberg, Eckhartiana I. 103

Est quidem intellectus hominum lux, non tamen lux vera, sed illam participans, remanens et stans post, sicut in „de causis“ dicitur de intelligentia respectu dei. (Joh. § 141.)

Signanter notandum est, quod intellectus in deo maxime et fortassis in ipso solo, utpote primo omnium principio, se toto intellectus est per essentiam, se toto purum intelligere. (Joh. § 34.)

In intellectu non solum effectus suus in ipso est verbum, sed est verbum et ratio, quod utrumque significat logos. (Joh. § 31.)

„In“ ipso intellectu primo utique est ratio proprie, et est „apud deum“; in omni scilicet intellectivo proximo sibi, quod est imago sive ad imaginem suam, „genus dei“ est, Act. 17. Vel „apud“ ipsum, quia semper actu intelligit et intelligendo gignit rationem; et ipsa ratio, quam gignit ipsum intelligere suum, est ipse deus. „Deus erat verbum“ et „hoc erat in principio apud deum“, quia semper intellexit, semper filium genuit. (Joh. § 31.)

Sic ergo creavit caelum et terram in principio, id est in intellectu. Et hoc est contra eos, qui dicunt creare deum et producere res ex necessitate naturae. (Gen. I, § 6.)

(Rabbi Moyses dicit, quod) intellectus, qui effusus est super nos ... ipse, inquam, intellectus est,

qui nos coniungit cum creatore. (Gen. II, § 139.)

Rursus autem sicut in corporalibus in generatione sub eadem specie est invenire duo, se formam et materiam, activum et passivum, sic intellectuale in nobis distinguitur in superius et inferius, quae Avicenna vocat duas facies animae. (Gen. II, § 138.)

Objectum intellectus, et quod primo omnium cadit in intellectu, est ens. (Gen. 11, § 60.)

Graecus vocat hominem microcosmum, id est minorem mundum. Intellectus enim, in quantum intellectus, est similitudo totius entis, in se continens universitatem entium, non hoc aut illud cum praecisione. Unde et eius objectum est ens absolute, non hoc aut illud tantum. (Gen. I, § 115.)

Sic ergo, quia intellectus, quem deus inspirat, est quo deum videmus et quo deus nos videt, apte dicitur deus ipsum inspirasse in faciem hominis. (Gen. I, § 185.)

Ratio est: intellectus enim, per quem homo est homo, abstrahit ab hic et ubi, a nunc et a tempore. (Gen. I, § 211.)

Et hoc contra opinionem Avicennae et aliorum dicentium, quod deus creavit in principio intelligentiam et illa mediante creavit alia. Omnia enim habent esse immediate a solo deo, et ex aequo. (Gen. I, § 21.)

Si igitur intellectus, in quantum intellectus, nihil est, et per consequens nec intelligere est aliquid esse. (Q 2, § 2.)

104 Untersuchungen

Sicut ens in vita est, sic in intellectu lux et intelligere est. (Joh. § 139.)

Intellectivum enim abundantius est quam vivum, sicut vivum abundantius est quam ens. (Joh. § 50.)

Intelligere intellectui ut sic est vivere. (Joh. § 679.)

In naturalibus quanto est aliquid magis suum proprium alicui, tanto minus est suum et minus sibi propinquum, et e converso. Verbi gratia: Vivere proprium est et suum viventium et intelligere intelligentium; esse autem communius est quam vivere et intelligere, et quo minus proprium, magis intimum, proximum et suum viventium et intelligentium. (Joh. § 426.)

Homo habet ab anima vivere, a deo vero habet esse. Esse autem dulcius et delectabilius est quam vivere, quin immo hoc solo amatur vivere a viventibus, quia vivere viventibus est esse. (Joh. § 291); vgl. Joh. § 63.

Et si plenum esse est, igitur et vivere est et sapere est, et sic de omni alia perfectione. Sicut enim ipse sibi et omnibus est, sic et ipse sibi et omnibus sufficit, ipse sua et omnium sufficientia est. (Ex. § 21.)

Esse enim singulorum est a deo et ab ipso solo. ... Esse autem et hoc solum perfectio est omnium. ... Praeterea esse a deo est, esse autem totius est, non partis. (Serm. § 279.)

Hoc enim et hoc proprium est, creatura est. (Serm. § 266.)

Sic omnis creatura immediate se habet ad deum quantum ad esse, quantum ad gratiam et quantum ad omnes perfectiones, maxime communes indeterminatas ad hoc et hoc. Hoc enim et hoc creatura est. (Serm. § 264.)

Gratia est ebullitio quaedam parturitionis filii, radicem habens in ipso patris pectore intimo, v i t a e s t, n o n s o l u m e s s e... (gratia) dat esse unum cum deo, quod est plus assimilatione. (Serm. § 263.)

Gratia est a solo deo pari ratione sicut et ipsum esse ... Hinc est quod dicitur gratia esse supernaturalis. (Serm. § 264.)

Ideo solus deus per intellectum producit res in esse, quia in ipso solo esse est intelligere. Iterum etiam, quod nihil praeter ipsum potest esse purum intelligere, sed habent aliquid esse differens ab intelligere, nec aliter esset creatura, tum quia intelligere est increabile, tum quia prima rerum creaturarum est esse. (Serm. § 301.)

In deo ipsum est esse quod intelligere solum. (Serm. § 305.)

Intellectus pascitur solo esse et sic dev proprie pascitur. (Serm. § 528.)

Omne esse praeter intellectum, extra intellectum creatura est, creabile est, aliud est a deo, deus

non est. In deo enim non est aliud. (Serm. § 304.)

Seeberg, Eckhartiana I. 105

Nec quidquam creatum est purum et se toto intellectus. Iam enim non esset creabile. (Serm. § 301.)

Nam prout (deus) in nos descendit, obumbratur quasi in termino; perficitur autem, in quantum relinquendo quasi id quod est, ascendit in ipso esse clarificatus in originem omnis esse, ubi iam non est hoc clausum, scilicet natura, sed est esse purum et purgatum ab omni additamento. (Serm. § 482.)

Transcendere igitur oportet non solum imaginabilia, sed etiam intelligibilia. Item cum intellectus resolvat ad esse, oportet et hoc transire. Esse namque non est causa esse sicut nec ignis est causa ignis, sed aliquid longe altius, in quod oportet ascendere. (Serm. § 247.)

Tantum sit triplex genus esse. (Serm. § 12.)

Est enim triplex gradus productionis in esse. Primus de quo nunc dictum est, quo quid producit a se et de se ipso et in se ipso naturam nudam formaliter profundens voluntate non cooperante, sed potius concomitante, eo siquidem bonum, quo sui diffusivum, puta quomodo velle principia ret fine nondum cointellecto. Secundus gradus est quasi ebullitio sub ratione efficientis et in ordine finis, quomodo producit quid a se ipso, sed non de se ipso; aut ergo de alio quolibet — et dicatur factio — aut de nihilo et est tertius gradus productionis, qui dicitur creatio. Vide Augustinum De natura boni c. 25.26. et Avicennam VIII Met. c.6 circa principium. (Serm. § 511.)

Abgeschlossen am 31. XII. 1936.

S c h l u ß b e m e r k u n g : Beim Lesen der Korrekturen dieses Aufsatzes kommt mir am 18. II. 1937 der Abzug eines in französischer Sprache geschriebenen anonymen Rundschreibens zu Gesicht, das mir nicht unmittelbar zugeschickt war, und das anscheinend einen Kreis der um Klibansky gescharten Eckhart-Editoren zum Verfasser hat. In diesem Schreiben wird den Herren Koch, Geyer und mir nichts weniger als Plagiat an den einzelnen Stücken der Klibanskyschen Ausgabe vorgeworfen. Da wir alle schließlich keine Idioten sind, so ist dieser Vorwurf eine tolle Unverschämtheit. Was mich angeht, so habe ich meine Ausgabe des Pater Noster im Frühjahr 1934 fertig gehabt, bevor die Klibanskysche Edition dieser Schrift erschienen war; meinen Vortrag im Juni 1934 hielt ich auf Grund dieser meiner eigenen Arbeiten. Dies kann ich erhärten. Damit ist diese Ausgeburt einer überhitzten Fantasie für mich erledigt.

Zeitschrift für Kirchengeschichte, 56 (3. Folge 7), 1937, S. 87-105